

1768.

1. Heberleit, Alanus Franciscus: *Vindiciae veri iuris
uir pactorum successoriorum, tam iure Romano,
quam Germanico, aduersus errores interpretationem.*
2. Henne, Rud. Christoph, b. d. iurconsultorum decanus:
... *Solemnis inauguralia Coruli Christiani Lohde*
... *dictis simulque de fidejussore, liberato licet
schisme principali, ad solvendum obligato, quædam
propositus.*
3. Henne, Rudolph. Phil.: *De personis ex mandato
processu in judicis agentibus.*
4. Henne, Rudolph. Christopherus, Decanus or. Nissi jure.
*iurisconsultorum solemnis inauguralia Cor. Tortius
Schneider, dicti Weismantel ... dictis simulque
nominata de spacio & justice commissa praemissa.*

5. Henel, Rudolph. Christ: Selecta quaedam de pros
curatoribus capite
6. Henne, Rud. Christoph, Ordinis iureconsultorum Decanus:
Solemnis inaugurations M. Iwanis Fölicius Scholae
simulque de salutione in gravirem causam impa-
tientia quaedam praefatatur.
7. Schneider, Joannes Fridericus, Dictus Weismantel:
De cura feminarum secundum jus Saxoniam et
statuta Erfurteria ex principiis medicis acor-
8. Schorck, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae Decanus:
lectri benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ag. Artacii
Francii Heberlein instat.)
9. Schorck, Hieronymus Fridericus: lectri benevolo s. p. d.
(ad Dissertationem in ag. Comti Bredhi Körtzeli instat)

10. Schorck, Hier. Dr. : *Quaestiones speciales circa iuris officio
civium testamentaria.*

11. Simon, Jordanus : *Brevio juris ecclesiastici Germaniae
notitia.*

1769.

1. Doering, Hieronymus Didurus : *De jure factus, quae nasci-
turis et postmodis intulita successioneis competitum.*

2. Henne, Randolph Choraphe : *De jure fisci, et hypotheca
facta fisco in bonis administratorum rerum fiscer-
ium competente.*

3. Schorck, Hieronymus Didurus : *Lectori benevoli o. p. I.
(ad Dissertationem mag. Iosephi Dietrichi Herkardini)*

4. Schorck, Hieronymus Didurus : *No actione publicana
et uetus ipsius dominum Competente.*

5. Spitz, Joannes Christopherus, Facult. iuris Vicas Decanus:
lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang. Lat.
et Tringallum Remoto iunctas)
6. Spitz, Joannes Christopherus, Facultatis iuris Vicas Decanus:
lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang. Lat.
et Polt. Plegii iunctas)
7. Spitz, Joannes Christopherus, Facult. iuris Vicas Decanus: lectori
benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang. Lat. Augst.
Numerikeri iunctas).
8. Spitz, Joann. Christopher. Facult. iuris Vicas Decanus:
lectori benevolo s. p. d. (ad Dissertationem in ang. Lat.
Lutet. Daessig iunctas).
9. Spitz, Dr. Christopherus: De iuribus donationum inter vivos.
10. Spitz, Dr. Christopherus: De iurisconsulto, & iurisperito,
legalejo et tabula maxime diverso.

Pr. 16. Num. 1

6
1768, 2
PERANTIQUÆ ELECTORALIS ACADEMIÆ
ERFVRTENSIS

RECTOR

MODO ORDINIS IVRECONSULTORVM DECANVS

D. RVD. CHRISTOPH.
HENNE, IC^TV^S

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSI-
LIARIVS REGIMINIS, ORDINIS ICTORVM ET IUDICII ELECTO-
RALIS PROVINCIALIS ADSESSOR, NEC NON CODICIS ET
IVRIS FEVDALIS PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS,

SOLEMNIA IN AVGURALIA

NOBILISSIMI ET CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI

DN. CAROLI CHRISTIANI LOHDE,

IEHSERA-LVS ATI,

CIVITATIS NEOSTADTIENSIS AD ORIAM POLYGRAPHI,

IBIDEMQVE IVRIS PRACTICI

AD DIEM XXIII. MARTII MDCCCLXVIII.

IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI

PERAGENDA

INDICIT,

SIMVLQUE DE

FIDEIVSSORE, LIBERATO LICET
DEBITORE PRINCIPALI, AD SOLVENDVM

OBLIGATO,

QVÆDAM PRÆFATVR.

ERFORDIAE,

AERE HENR. RVD. NONNI, ACAD. A TYPIS.





S. I.

Perpetuam esse inter fideiussorem & debitorem principalem relationem, atque prioris obligationem non posse stare, posterioris sublato vinculo, ipsa evincit nonsolum ratio, sed & legum positivarum clara loquuntur verba, a Ictis PAVLO a) & VLPIANO b) pronuntiata. Ea enim est fideiussionis in iure praescripta forma, ut semper presupponat principalem obligationem, eique per modum accessionis cohæreat c) quare non potest fieri non, nisi ut sublata principali, ipsa quoque corruat d) quæ ita, disponentibus legum sanctis, obtinent, vt ne quidem reservatis (per singulare pactum inter creditorem & debitorem principalem initum), contra fideiussorem competentibus iuribus, huius obligatio larta ac recta possit seruari, illo non consentiente, non enim potest creditor suo efficere pacto priuato, vt inde lardatur ius tertii, vel inuertatur & deterior reddatur ipsius conditio e)

a) l. 68. §. vlt. ff. de fideiuss.

A 2

b) l.




- b) l. 7. §. 1. ff. de transact.
- c) l. 34. ff. de fideiuss
- d) l. 78. ff. de Regulis Iuris.
- e) l. 3. ff. de transact.

§. II.

Vti vero extra omnem dubitationis aleam positum est, sublata principali obligatione, tolli & fideiussoris accessoriū vinculum, ita pariter exploratum habetur, omnem obligationem, aut ipso iure aut mediante exceptione auferri, a) variis autem contingere potest modis, vt ipso iure obligatio extinguitur, eiusdemque efficacia inanis reddatur, hunc in censu referenda est, solutio a debitore principali praesta b) cum enim soluere, in iure nihil aliud denotet, quam obligationis ex quocunque fonte promanata, satisfacere, promissis stare, & legem contra factus adimplere, prono exinde fluit altero, rō soluere hic sumi in sensu generaliori, atque ad omnes spectare contractus & pacta, ex quibus obligatio originem trahit. Nec minus hanc in classem pertinet compensatio, vtpote quā vice solutionis fungitur c) eundemque cum illa producit effectum. Quin idem etiam afferamus de nouatione d) ac reliquis in iure nostro proditis modis tollendarum ipso iure obligationum, eo minus nobis haret dubium, quo certius constat, quod eadem militante legis ratione, etiam eadem sibi locum vindicet, iurum dispositio. Hisce modis, cum penitus profligetur vis obligationis, fideiussorem etiam liberari, per se patet, & ipsa rei natura importat.

a) l. 72, princ, ff, de solut,

b) Tot.



- b) Tot. Tit. Inst. quibus mod. toll. obligat.
- c) l. a. ff. de compensat.
- d) l. 4. C. de nouat.


§. III.

In alia omnia vero tunc est eundum, si non ipso iure,
sed ope oppositæ exceptionis principalis liberetur debitor,
hoc enim pacto non penitus sufflaminatur obligationis vin-
culum, sed effectus solum ipsius infringitur & eliditur vir-
tute obiectæ exceptionis, opera igitur pretium facturi su-
mus, si quæstionem: utrum debitore principali mediante
opposita exceptione liberato, etiam liberetur fideiussor?
sub incudem reuocemus, quam quæstionem adhibita distin-
ctione, inter exceptionem realem, & personalem, resoluendam,
putamus. Quodsi adsit exceptio realis v. g. pacti con-
uenti, doli mali, metus causa a) ea & fideiussori emolumen-
to cedet, ita, vt eadem se possit defendere exceptione b) quia
haec exceptiones ipsam respiciunt rem & causam, vt vero
pactum, dolus malus, metus iniustus, & violentia adhibita,
inefficacem reddunt obligationem, summo iure adhuc ob-
tinentem, ita non potest fieri non, nisi vt etiam accessoriū
fideiussoris eneruent, obligandi vim, hac tamen cum diffe-
rentia supra in medium prolatā, quod non ipso iure, sed vi
harum exceptionum, & eo tempore demum pereat, quo est
opposita & probata eiusmodi exceptio.

- a) Tit. Inst. de Exceptionibus.
- b) l. 30. ff. de fideiuss.

§. IV.

Si vero principali debitori competat exceptio perso-
nalis,



nalis, tunc quidem mediante ea, se quoad suam tueri potest personam, minime vero per illam a vinculo quo tenetur fideiussor, se immunem reddere potest, quoniam enim omnes ha exceptiones, certam supponunt persona qualitatem, haec autem persona qualitas non est communicabilis, sed officibus quasi persona cohæret, & ex singulari ratione certis quibusdam personis ha exceptiones sunt indulxæ, ad fideiussorem extendi non possunt a) sed potius hic, non obstante liberatione principalis debitoris ad soluendum adstringitur. In classem vero harum exceptionum referimus, exceptionem beneficij competentia, & qua similis sunt farinæ, ac ita comparatæ, vt beneficia ex speciali iuris dispositione quibusdam personis concessa, contineant. Subsistit igitur hic obligatio accessoria, principali licet sublata.

a) l. 7. princ. ff. de Exceptionibus, l. 24. ff. de re iudicata. §
vlt. Inst. de Replicat.

§. V.

Deinde tali in casu liberato debitore principali non liberatur fideiussor, quando hic non habet regresum contra reum principalem, ipsumque compellere non potest, vt sibi restituat, quod soluit, competit enim regulariter fideiussori actio mandati vel negotiorum gestorum contraria ad indemnitatem consequendam a) quoniam eo ipso, quo soluit, debitum a reo contractum, peculiare ipsi exhibet officium & beneficium, quod illi non deber esse damnosum. Tres autem in iure nostro proditi sunt casus, vbi per modum exceptio-



7

ceptionis a regula, solus tenetur fideiussor, nec soluens habet regressum contra debitorem principalem, ita ut ei nec competit mandati, nec negotiorum gestorum actio.

a) §. 6. Instit. de fideiuss. l. 10. §. fideiussores ff. mandati.

§. VI.

Agmen horum casuum dicit, si quis fideiusserit pro debitor inuito ac repugnante a) hoc casu cessare regressum ipsa rei natura postulat, exulat enim hic vila actio, qua regressum exercere, ac indemnitatem consequi possit, dum enim contradixit debitor fideiussori, ipsi inuito non potuit obrudi beneficium, neque etiam supra in medium prolatæ actiones, consensum vel expressum, vel præsumptum supponentes institui poterunt.

a) l. 53. ff. mandati. l. 40. ff. eod, l. fin. C. de negot. gest.

§. VII.

Alter casus est, si fideiussor donandi animo intercesserit a) & liberalitatis exercenda causa creditor i securitatem præstiterit, quo in casu eo minus regressum contra debitorem principalem habet, quo certius constat, non posse fideiussorem ea repetere, quæ donauit, sed potius per donationem debitorem irrevocabile adeptum esse ius, inuito non auferendum.

a) l. 9. §. nonsolum ff. de fcto Maced. l. 32. ff. de pastis. l. 5. princ. ff. de liberat. legar.

§. VIII.



§. VIII.

Agmen horum casuum claudit, si fideiussio in propriam facta fuerit vtilitatem, & ad fideiustorem pecunia peruerterit, quo casu pro reo ipso accipitur, illiusque sustinet personam, quia vero actio mandati & negotiorum ges ionis, alienam requirunt vtilitatem, illa huic negotio plane non accommodari poterunt, deficiente autem actione, deficit etiam omnis iudicialis aditus, ac obstat agenti, exceptio non competentis actionis.

a) l. 24. ff. de pactis, l. 5. in princip. & in §. 1. ff. de liberat. legat.

§. IX.

Plura quin in medium hoc de argumento, proferamus, prolusionis inauguralis, & temporis artis limitibus, prohibemur, praesertim cum illud in lectione, quam vocant cursoria ad l. 22. ff. de pactis plena manu tractare, nobisque otium facere sibi proposuerit,

*NOBILISSIMVS ET CLARISSIMVS
DN. CAROLVS CHRISTIANVS LOHDE,
IVRIVM CANDIDATVS PRÆSTANTISSIMVS,
CIVITATIS NEOSTADTIENSIS AD ORLAM POLYGRAPHVS
IBIDEMQVE IVRIS PRACTICVS,*

qui de iis, qua ad natuitatem ipsius, ac res suas huc vference feliciter peractas, spectant, sequentia propriis retulit verbis:

Ego



9

Ego, CAROLVS CHRISTIANVS LOHDE, natus
sum Iehseræ, in Lusatia inferiori, Anno Millesimo Septen-
gentesimo Trigesimo quinto, patre THEODORO DAVIDE
LOHDE, Ministro verbi diuini, qui ante multos iam annos
decessit, ac matre, IOHANNA CHRISTIANA, HALPI-
TII, Pastoris Neozachiensis filia. Statim in teneris annis,
tam in religione Christiana, quam primis scientiarum principi-
is, per præceptores, Metigium & Harnischium priuatim
instruitus sum, & posthac Sorariam abii, ubi in Lyceo præ-
ceptoribus, Achille, Winckelmanno, Wendtio & aliis viris
bene meritis usus sum præceptoribus. Cum hic in humanioribus litte-
ris quosdam feceram progressus, & eo perductus eram, ut altiora
studia prosequi possem statim elegi studium Iuridicum, & Anno
MDCCCLVI. in Academiam inclytam Lipsensem projectus sum.
Hic prælectionibus interfui Virorum doctissimorum ac bene me-
ritissimorum, & quidem in Philosophicis beati Mulleri, in iure
autem præserium Hommeli, iam Ordinarii Facultatis Iuri-
dicae Lipsensis, Baueri, Richteri, Breunigii & Ba-
chii, ex quibus Bauerus, tum temporis Ordinarius & Bachius
eriam iam more obierunt. Per triennium hic commoratus,
examina pro Candidatura Facultatis Iuridicae me fulieci, & cum
Disputatione solita peracta, Ordo ille ICorum inclytus omnino


B

dignum

dignum me iudicaret, qui res forenses peragere possim, Anno MDCCCLIX. coram summo Regimine Dresdensi elaborato ex Actis publicis specimine, ad praxin admissus, statim Aduarii munus in Praefectura Electorali Sax. Arnshaukiensi subii, vbi duce beato Redlichio, Viro amplissimo & consultissimo, qui huic Praefecturæ præpostus erat, & qui tot tantaque in me contulit beneficia, ut memoriam eius ad cineres usque colam, omnem in rebus forensibus operam impendi, & tandem accidit, ut a Senatu Cinitatis Neostadiensis munus Polygraphi, quo adhuc fungor, mibi collatum fuerit.

Cum igitur nunc e re sua Noster ducat, ad summos adspirare vtriusque Iuris honores, literis ordini nostro exhibitis, ad consueta admitti specimina petiit, ad quæ admissus, non textus solum ipsi præscriptos, ea qua decet accusatione exposuit, sed & ad quæstiones in Examine rigoroso propositas, ea promptitudine respondit, ut nulli dubitauerimus, quin ad reliqua in cathedra publica edenda specimina aditum Ipsi patescere, Ipsumque summis iurium honoribus omnino dignum iudicare possimus. Quem in finem futuro die Mercurii hora IX. matutina ad l. 22. ff. de paciis commentabitur, ac hac commentatione finita, Inaugurale suum specimen

DE



II

DE MANDATO PRÆSVMTO

me præside contra dissentientium obiectiones tuebitur.
Quo vero actui huic panegyrico debitus concilietur splen-
dor, Reuerendissimus & perillustris DN. Academiæ procan-
cellarius, singularum Facultatum Decani, Seniores, Assesso-
res & Professores, vnam ciuium Academicorum corona,
ea qua decet submissione & humanitate inuitantur & ro-
gantur. Publ. sub Sigillo Facult. Iuridicæ, Dominica Iu-
dica MDCCLXVIII.

L. S.

DE MUSICO ET PRAEIANO

zur Zeit der ersten Einführung der Orgel in Deutschland
die Orgel in der Kirche von St. Nikolai zu Lübeck.
Durch den Orgelbau und die Orgelkunst ist die
Kirche von St. Nikolai zu Lübeck eine der berühmtesten
Kirchen des Landes Schleswig-Holstein. Die Orgel
ist eine der ältesten und größten Orgeln des Landes.
Die Orgel wurde im Jahre 1700 von dem Orgelbaumeister
Johann Gottlieb Fritzsche aus Lübeck erbaut.
Die Orgel hat 32 Register und ein Pedal.
Die Orgel ist eine der ältesten und größten Orgeln des Landes.

2. 1.

ERFURT, Diss., 1768/69



Pr. 16. Num. 1

2

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

1768, 2
6
PERANTIQVÆ ELECTORALIS ACADEMIÆ
ERFVRTENSIS

RECTOR

MODO ORDINIS IVRECONSULTORVM DECANVS
**D. RVD. CHRISTOPH.
HENNE, IC_TVS**

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSI-
LIARIVS REGIMINIS, ORDINIS ICTORVM ET IVDICII ELECTO-
RALIS PROVINCIALIS ADSESSOR, NEC NON CODICIS ET
IVRIS FEVDALIS PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS,

SOLEMNIA IN AVGVRALIA

NOBILISSIMI ET CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI

DN. CAROLI CHRISTIANI LOHDE,

*IEHSERA-LVS ATI,
CIVITATIS NEOSTADTIENSIS AD ORLAM POLYGRAPHI,
IBIDEMQUE IVRIS PRACTICI
AD DIEM XXIII. MARTII MDCCCLXVIII.
IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI
PERAGENDA*

*INDICIT,
SIMVLQUE DE
FIDEIVSSORE, LIBERATO LICET
DEBITORE PRINCIPALI, AD SOLVENDVM
OBLIGATO,
QVÆDAM PRÆFATVR.*

*ERFORDIAE,
AERE HENR. RVD. NONNII, ACAD. A TYPIS.*

